



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De  
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XI. Aprutina jurisdictionis. De probatione situationis loci in Diœcesi,  
an incumbat Episcopo agenti contra Prælatum inferiorem pro exercitio  
ordinariæ, vel delegatae jurisdictionis, Et de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)

rum Monasteriorum vel Ecclesiarum, quantumvis ampla & prægnantia, in proposito nullius remanent operationis, quia punctus non est in exemptione passiva, sed jurisdictione activa in territorio non suo, & in populum non suum.

Cumque, quando<sup>d</sup> Sac. Conc. Trid. in concernentibus curam animarum & administrationem Sacramentorum, ac aliis concedit locorum Ordinariis jurisdictionem delegaram in locis exemptis, loquatur, ac exprimat etiam sint Nullius, atque ex deductis in dicta Toletana, & in aliis, receptum sit, hujusmodi delegationem non adaptari locis verè territorium separatum habentibus, Idcir<sup>c</sup> pernecesse dicendum est, intelligere voluisse de hujusmodi Nullius impropriè que dantur facte, ac intellectualiter, non obstante situatione in diœcesi, cum aliis dicta verba fata essent, nullamque haberent operationem, & istam credebant esse veritatem.

APRVTINA JVRISDICTIONIS  
P R O  
E P I S C O P O  
C U M  
A B B A T E M O N A S T E R II  
C O R R O P O L I S.

*Causa pendet in Rota cum resolutionibus, ut infrà.*

De probatione situationis loci in Diœcesi, an incumbat Episcopo agenti contrà Prælatum inferiorem pro exercitio ordinaria vel delegata jurisdictionis. Et de probatione privilegii super territorio separato per testes ob illius casualem amissionem.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**atti series.
- 2 **P**lante defertur circa situationem loci.
- 3 **S**ituatio loci in Diœcesi probanda est p<sup>r</sup>o Episcopum adorem.
- 4 **C**ontrarium verius cum declaratione, quando<sup>d</sup> procedat.
- 5 **I**lla probationes quo deper se non sufficiunt, attenduntur tanquam administracula circa situationem.
- 6 **A**n probetur privilegium amissum per testes, & quomodo isti deponere debeant.
- 7 **Q**uomodo debeat deponere testes ad concludendam quadrageniam de viu in immemorabile.

D I S C . X I .

Sque ab anno 1585, & ante<sup>d</sup> introducta fuit lis in Rota coram Bubalo (uper spirituali & quasi Episcopali jurisdictione prætensa per Abbatem loci Corropolis Ordinis Coelestinorum, & sub die prima Aprilis ejusdem anni prodit decisio discernens Episcopo matutentem in exercitio jurisdictionis delegata; Reassumpta vero causa de an-

no 1662, coram Bevilacqua subrogato sub die 6. Marzij id resolutum fuit circa jus visitandi, ex eo fundamento, quod cuin constaret de hujus loci situacione intrà limites diœcesis, fundata remanet Episcopi intentio super spirituali jurisdictione, in qua ex sola juris assistentia conceditur matutentio, iuxta firmata in pluribus precedentibus decisionibus coram eodem in cœla Toletana, de qua supra dicta mandando in reliquis videri de bono jure; Super quo assumpta disputatione sub die 2. Martij 1666, dictum fuit, quod fieret planeta partibus auditis, atque in hoc statu causa reperitur. Dictaque resolutio fors<sup>r</sup> processit ex consimili praxi servata in adeo agitata causa S. Angeli Lombardorum coram Pironiano, & Peuntingerio, in qua confecta fuit planta, cui in resolutionibus satis delatum fuit pro territorio separato ad favorem Monasterii S. Guglielmi Congregationis Montis Virginis, ejusque Generalis ibi residentis, ut patet ex decisionibus deluper editis, quarum aliqua habentur impressæ decr. 197. par. 8. recent & decr. 80 par. 9.

In hac igitur ultima disputatione in bono jure, in qua solum scriberam pro Episcopo, scilicet bidentem pro dicto Prælatu inferiori prætendente quasi Episcopalem jurisdictionem in isto loco cum territorio separato, & cum qualitate Nullius, duo deducebant fundamenta, Unam non probata situationis in diœcesi, quam probandam est per Episcopum actorem tanquam lue intentionis fundamentum, quoties Prælaus inferior reperitur in quasi possessione exercendi jurisdictionem spirituali, alias dictum fuit in alia Aprutina, seu nullius jurisdictionis 15. Martij 1624, coram Dunozetto seniore imprest. post Tambarin. de jur. Abbat. tom 3. decr. 71. & inter suas decr. 309. n. 7 & seqq. Potissimum quia in facto docebarur, locum controversum magis adjacere diœcessibus, Asculan. & Ripan. in quibus etiam confinabat, itaut non concurreret circumdatio undiq<sup>u</sup>.

Et secundò, quod adesset privilegium Apostolicum super territorio separato; quod asserabant amissum fuisse cum aliis scripturis, ac Sacra Supellestis, inexcidito, seu devastatione data per milites occisione cuiusdam belli, cuius causus accidentalis, in genere dabant probationes sufficientes. Deducedo etiam aliquas probationes factas de dicto anno 1585, vel etiam antea super immemorabiliter per testes examinatos coram Episcopo Reatino forte in vim remissorialium Rotar.

His non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutio non placuit, quoniam ut adversatur in dicta Toletana dicta, (que omnium consimilium controversiarum videtur hodiè norma & magistra) stante communis, & per Rotam, ac Sac. Congregationem Concilii recepta opinione, de qua etiam Murscien. apud Buratt. decr. 578. & alibi frequenter, super generali divisione Dionisi totius Orbis in diœceses, ista qualitas Nullius, & extra hanc generalem divisionem non presumitur. Tunc autem in his terminis facte procedit in hac materia vulgatis regula textus in actor de probationibus cum concord. ut actori incumbat onus probare id quod allegat pro fundamento intentionis, cum alias reo & possessori sufficiat vincere per non jus. Quando alter Episcopatus esset in causa, qui in possessione reperiretur, itaut, præsupposita loci existentia in una vel altera diœceti, iuxta dictam generali divisionem, sola contentio esset super pertinencia inter duos Episcopos, quorum unus esset actor, alter reus; Secus autem ubi quæ<sup>r</sup>o est cum inferiori habente juris resistentiam, vel contraria-

riam præsumptiōhem; Atq; talis est praxis Sac. Congregationis Concilij, ut p: et ex tot casibus, de quibus suprā & infrā, quoniam non docto incontinenti per inferiorem Prælatum de privilegio, decernitur vicino, & adiacenti Episcopo comparenti manutentio in exercitio delegata jurisdictionis, donec per alleganem territorium separatum, illud probetur per privilegium, vel per immemorabilem canonizatam per tres conformes; Hæc autem praxis procedere non posset, si Episcopo ad eamdem Congregatiōem recurrenti in cumberet onus, formalis, & concludentis probationis super situatione, cū hæc probatio, ubi præsertim non concurredit circumdatio undiq;, sed adest confinatio cum aliis diœcesibus, dicatur *satis difficultis*, nimirum que dispensio, unde esset retrahere omnes Episcopos ab hujusmodi ope re assumendo, atq; destruere propositiones, quas in hac materia receptas habemus, Atque ita per indirectum inferiores Prælati hanc jurisdictionem sibi asserentes, obtinerent victoriā negotii principalis; Potissimum quia hujusmodi jurisdictionales controversiae habent speciem notiori in regione, atq; absq; dubio notissimæ sunt aliis Episcopos adiacentibus, quorum non oppositio per tempus considerabile, elarum inducit argumentum situationis intrà Diœcesim illius Episcopi, qui comparet, & item substatinet, ut clare ad sensum, ac sapè habetur in precedētibus.

Clariū vero in hac facti specie, ob eam circumstantiam, quod ageretur de factis diurna līte, in qua Episcopus obtinuit ut suprā utq; ab anno 1585. resolutionem in possessorio, renovatā de anno 1602. absque eo quod dicti alii Episcopi, qui dicebantur magis adjacentes unquam comparuerint, eorumq; prætentōne deduxissent; Ac eriam quia eadem litigatio justificari videbarur ex quadam Bulla *Anastasi*, & ex planta quadam seu mappa geographica impressa quæ, ut supponebatur facta erat de universa Provincia per Ministros Regios. cum aliis adminiculis ponderatis in dicta decisione super possessorio 6. Martij 1662.

Quamvis n. in dicta alia *Aprutina* dec. 71. post *Tamburin.* & 309. *Dunoz eti f.* in qua etiam eadem plāta, & dicta Bulla *Anastasi* deducebantur, consideretur neutram esse in forma probanti, ac sufficienti fide dignam. Nihilominus responsio esset considerabilis, quandō unā vel alterā probationis species deducētur tanquam unica, & pro totali justificatione, Secūs ubi pro adminiculis coadiuvatīs præsumptionis iūtis. Ut recedendo à dicta decisione advertitur in duabus posterioribus decisionibus editis coram *Dunozerto* juniore in præfata alia *Aprutina* impress. dec. 285. & sequen. par. 8. rec. & inter suas dec. 426. & 457. Quibus statibus dicebantur nullum fundūtū constitūendum esse in dicta præcedenti decisione jam revocata, à qua scribentes in contrarium totum mutaverant, unde proprieat̄ resolutio prædicta parum probabilis vita fuit, nisi forte consideratum esset, Episcopo patūm præjudicari, ob manutentionem sibi concessam in exercito jurisdictionis.

Quo verò ad alterum fundamentū privilegiū suū per territorio separato, quod ex dicto excidio, cum aliis scripturis, ac etiā cum sacra supellecili amissum supponebatur, Illud videbatur satis debile, ac omnino non contemptibile, cum alia non daretur probatio, nisi illa causus, ac peremptionis scripturarum in genere, quod in proposito nullius est momenti; Licet enim non negetur possibilitas probandi per testes veritatem scripturarum casualiter amissae, Nihilominus ultra probationem in genere ipsius causus, exigunt etiam, quod testes valde periti, putat, & Notarii, satis re-

& & concludenter deponant, tānde illius tenore, quād de ejus statu & qualitate, quod scilicet esset vera & authentica, non autem conficta, & supposita, seu falsificata, satis convincentes, ac verisimiles scientiæ causas redentes, ut ex *Bart.* & aliis civilib: in *anth.* si quis in aliquo Cod. de edendo, & ex Canonistis in cap. cum olim il primo de privilegio benè apud *Afflīct.* dec. 274. & 302. quæ videntur in materia magistralis, *Cavaler.* dec. 523. *Rota in Calaguritana decimaru*m 17. Aprilis 1654. coram *Zaraia* impress. post. *Zuffum de legiūm process.* dec. 15. & in aliis.

Et quandō non haberentur auctoritates, ad evidētiā id probaret ipse naturalis discursus, quoniam quilibet alijs posset privilegium, vel aliud documentum a se confitē, seu falsificatum exhibere peritissimis Doctoribus & Notariis, sub prætextu obtinendi ab eis consilium in negotio principali, ita ut isti veridicē, & sincerē de ejus tenore benè deponere possent, illud deinde lacerando, vel occultando, nē convinci possit falsitas, vel confictio; Unde propterea, cum in hac facti ipecie nulla daretur probatio, nisi illa casualis amissio scripturarum Monasterii in genere, istud motivum remanebat disputatione indignum.

Demum nullius momenti videbantur probationes ut supra factæ per testes ante annum 1585. inductos coram Episcopo Reatino, Tum quia erant nulliter examinari, non citato Episcopo, seu Promotore Fiscali, ut advertitur in dicta prima decisione coram *Bubalo*, Tum etiam quia laborabant in dicto, dum non concludebant super quadragesimaria de visu, quod est primum, ac potissimum requisitum probationis immemorabilis; Licet enim simpliciter dicerent ab annis 50. & 60. citrā, attamen id non concludit, cum verificari possit in eo, quod heri, & nudius tertius gestum est, juxta receptam doct: in *anBari.* in l. *Celsus ff.* de usū cap. *Seraph.* dec. 469. n. 1. *Cavaler.* dec. 174. & 213. *nubiquen.* n. 1. & 2. Sublatilq; his probationibus, impossibilis erat nova, cum subducto dicto tempore litis ab anno 1585. & anteā impossibile esset habere testes, qui subducendo etiam tempus aetatis pupillaris, concludere possent de visu per tempus quadragesimarium, Unde præsens causa mihi videbatur nimis plana pro Episcopo.

## B E N E V E N T A N A

### J U R I S D I C T I O N I S

P R O

ABBATE S. M O D E S T I

C U M

ARCHIEPISCOPO.

*Casus decisus per Rotam pro Archiepiscopo.*

De eadem materia probationis situationis in dieceſi, vel territorii separati respectivē; Et an privilegium Apostolicum, quamvis non exprellum, super territorio separato, & jurisdictione activa in clerum, & populum, sufficiat concurrente longāva observantia, tanquam ab ista ita interpretatum.

*S V M.*